

Sylvest. Navar. Palaus. Hentiq. Sa. Valentia. Aragon. Barbof. Diana. Sanchez.

Murcia. Diana. Palscius. Vidallus. Croulores. Fr. Anton.

Rodrig. Miranda. Suar. Barbofa. Hentiq. Sanchez. Layman. Bassilius. Diana. Palaus. Fagundez.

Summi Pontificis, in votis reservatis possit Episcopus dispensare, quia tunc credendam est ex benigna Pontificis mente nolle eum sibi talem casum reservare, sed potius Prælati inferioribus concedere facultatem, dispensandi & hæc communis est sententia, Ita Sylvester, Navarrus, Palaus, Henriquez, Sa, Valentia, Aragonius, & multi alii, quos citant, ac sequuntur Barbofa de potestate Episcopi, 2. parte allegat. 37. num. 8. Diana p. 6. tract. 6. Resol. 50.

Unde Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 9. n. 22. post medium refert, quod ipse de hac re fuisse consultus, ac consulisset, quod poterat Episcopus dispensare cum juvene, qui voto Religionis strictus, virginem deservaverat, ac gravidam effecerat, volens tunc eus famam confulere, eam dicens, eratque periculum in mora, quia si dispensatio Pontificia expectaretur, impeditur matrimonium à consanguineis juvenis, qui illi repugnabant, ac mutaretur juvenis voluntas, que non tam firma erat quin facile mutari posset, & ita dispensasse Episcopum, ut refert Sanchez citatus.

Quæstio præfens, an cum Mendicantes habeant facultatem ad dispensandum in votis, in quibus Episcopi valent dispensare; & ratione necessitatis urgentis Episcopi valeant dispensare in quinque votis reservatis, an etiam ratione ipsius necessitatis, valeant in eis Mendicantes dispensare; sententiam affirmativam tenent Murcia apud Dianam p. 9. tract. 6. Resol. 50. & Palscius apud ipsum eadem part. 9. tract. 9. Resol. 6. Vidal, tit. de voto inquisit. 3. n. 7. Croulores in Regulam S. Francisci cap. 7. lect. 29. fol. 785. & probabilem dicit M. Fr. Antonius ab Spiritu, sanct. director Regul. tract. 2. disp. 3. sect. 2. n. 81.

Tamen in tali casu necessitatis, quod Religiosi non valeant dispensare in votis reservatis, est communis, & vera, Ita Rodrig. tom. 1. quest. 63. art. 3. & 6. Miranda tom. 1. quest. 48. art. 4. Suar tom. 2. lib. 6. de voto cap. 26. num. 26. Barbofa citatus num. 14. Henriquez, Sanchez Layman, Bassilius, Legionen, & alii quos citant ac sequuntur Diana part. 6. tract. 6. Resol. 50. Castro Palaus tom. 3. tract. 15. de voto, disp. 2. punct. 12. num. 7. Fagundez in præcepta Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 45. num. 15.

Probat, quia tales casus, non jure ordinario, sed extraordinario, ac per accidens ratione urgentis necessitatis competunt Episcopis, ex quadam benigna juris interpretatione, ac voluntate Pontificis, tanquam Pastoribus ac Prælati ordinariis suarum ovium, ne peccent, sed eorum bono consulant; ergo cum hi casus jure ordinario, non sint casus Episcopales, sed ex peculiari delegatione, non competunt Regularibus: quæ enim ex delegatione competunt uni, non competunt omnibus. Aliam rationem adducit Castro Palaus citatus, quæ non multum firma videtur, & inde eam omitto.

QUESTIO III.

An Episcopus, vel Regularis confessorii, vel quilibet confessorius virtute Jubilæi, vel Bullæ Cruciatæ possit commutare sacramentum, vel vota jurata?

SUMMARIUM.

- 13 Quilibet ex supradictis potest dispensare, seu relaxare sacramentum, seu vota jurata.
14 Possunt prædicti in voto jurato jejunandi tali commutare.
15 Possunt prædicti confessorii in voto & sacramentum relaxare alicujus tertii, dummodo non sit acceptatum.
16 Possunt etiam dispensare in ipso voto, vel sacramentum, quævis non deus specialis promissio.

Dico, quod Episcopi, confessores Regulares per sua privilegia, ac quilibet confessor secularis virtute Jubilæi, aut bullæ Cruciatæ possunt dispensare, seu relaxare sacramentum, aut vota jurata, Ita Rodrig. in compendio, Bossius, & alii, quos citat, ac sequitur Bordonius tom. 1. Resol. 15. num. 1. Portel verb. Confessor erga seculares, num. 26. & Tabiena, Navar. Petrus de Ledesma, quos citat, & cum eis consentit Diana part. 4. tract. 3. Resol. 69. & part. 5. tract. 12. Resol. 69. & Candidus in disquisitione 27. art. unico, dub. 3. & 4. cum Sanchez, & aliis. Et hæc conclusio est communis: Probat, quia hoc concessit de votis juratis Gregorius XI I. Partibus Societatis Jesu. Probat deinde, quia prædicti possunt dispensare in sacramentis, ut communiter sententur omnes, & dicam statim; ergo bene possunt dispensare in votis cum juramento. Constat, quia ipsi ut supra dictum est superiori resolutione, possunt dispensare in voto, adjectum autem sacramentum non variat substantiam voti, non enim de non reservato facit reservatum.

Ex his colliges primò, posse prædictos confessarios dispensare in juramento, seu voto jurato jejunandi omnibus sextis feriis in honorem Passionis Christi, ita colligitur ex proximè citato privilegio Gregorii XII I. & tenent Portel, Bossius & alii cum Bordonio Resol. 15. num. 26. Et probatur etiam ratione, quia prædicti confessarii valent dispensare in voto, ut dixi superiori resolutione: Deinde possunt dispensare in juramento, ut cum multis Doctoribus probat Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 2. num. 18. referens se ipsum in Decalog. lib. 4. cap. 53. num. 8. ergo possunt dispensare in voto jurato.

Colliges Secundò, Possunt prædicti confessarii Regulares, vel seculares ex Jubilæo, vel ex Cruciatæ dispensare in votis, vel juramentis factis in favorem alicujus tertii, ut si quis vovit Ecclesiæ dare candelabra aurea, vel tali pauperi elemosynam, dummodo non ab eis, vel ab aliquo accepta sint; nam promissione facta

Rodrig. Bordon. Portel. Tabiena. Navar. Ledesma. Diana. Candidus.

Portel. Bossius. Bordon.

Sanchez.

15.

Sanchez. Portel. 16. Navar. Trullench. Sylvest. Angelus. de la Torre

Lezana.

17.

18. Tabiena. Navar. Diana.

D. Thom.

facta nemo dicitur jus acquirere, nisi per humanam acceptationem, ut planum est apud omnes; ergo confessorius vi suorum privilegiorum dispensando, nulli tertio præjudicium inferit, cum per votum, aut juramentum factum, nullum jus, aut emolumentum amittat, cum nondum acquisisset, quia hoc debebat dare acceptatio, quæ non est facta, ut suppono. Ita Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 4. n. 7. & cap. 53. num. 2. Portel verb. Confessor. erga seculares, n. 26. & 27. & verb. Votum n. 97. Navarrus, quem sequitur Trullench. lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 4. num. 31. Sylvester. Angelus, Cajetanus, quos refert Raphael de la Torre, quest. 88. art. 12. disp. 2. num. 2. Quod licet votum sic acceptatum ab aliquo tertio, dum modo non sit illi facta specialis promissio, quod adhuc est dispensabile à prædicto confessorio, quia cum promissio cum voto, vel juramento facta sit soli Deo, per accidens est, quod sit in favorem tertii, hominis acceptatio sine speciali promissione non tribuit jus justitiæ, tamen opposita sententia est verior cum Sanchez, ac M. Lezana, tom. 1. cap. 18. num. 53. quia illa specialis promissio non requiritur, sed est inhibita in ipso voto, vel juramento facta, quæ cum sit emissa in favorem Ecclesiæ, vel pauperis, sit est. quod minister Ecclesiæ, vel pauper nomine Dei, vel Ecclesiæ acceptet.

Excipiuntur tamen statuta jurata confirmata à Papa, Academiarum, Collegiorum, & Regnorum, in quibus Episcopi non possunt dispensare, ut postulari bonum commune, ut dixi supra Resol. 27. quest. 3. num. 15.

QUESTIO VI.

An Episcopi, vel confessores Regulares, seu seculares, virtute Bullæ, seu Jubilæi valeant dispensare vota jurata castitatis, vel Religiosorum?

SUMMARIUM.

- 18 Prima sententia affirmat, & est probabilis.
19 Secunda sententia negat, & est vera.
20 Proponitur sententia negans fundamentum.

Affirmativam sententiam tenent Tabiena, Navarrus, quos adducit Diana statim citandus, Petrus de Ledesma in summa tom. 2. tract. 11. cap. 4. dub. 2. ubi sic ait: Quia in jure nullum reperitur sacramentum reservatum Pontifici, non sequitur, illa quinque vota sunt Pontifici reservata; ergo etiam juramenta de illa materia: nam obligatio voti major est juramenti obligatione, ut docet D. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 8. Et ex alia parte, cum reservatio sit odiosa, restringenda est, & non amplianda. Deinde cum Pontifices per aliquod indultum facultatem dant relaxandi, seu commutandi omnia juramenta, sine partis tamen præjudicio, non solent excipere aliqua juramenta, sicut excipiunt aliqua vota; ergo signum est non esse usu receptum, aliqua juramenta, & etiam illa quinque esse Pontifici re-

servata, & ideo quando Pontifex in aliquo indulto concedit facultatem relaxandi juramenta, possunt sine scrupulo à confessorio illa quinque relaxari. Ita Ledesma, & ideo ob prædicta fundamenta, hæc sententiam probabilem dicunt Diana part. 4. tract. 4. Resol. 69. Trullench. in Bullam Cruciatam, lib. 5. §. 3. Alp. de Leo. dub. 5. num. 5. Alphon de Leone de potest. Confessor. part. 2. Resol. 20. recollect. 20. n. 181. Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. n. 158. Fr. Anton. ab Spiritu, in director. Regular. tom. 1. tract. 2. disp. 3. sect. 2. num. 87. Et hæc sententiam probabilem esse dico.

Tamen simpliciter mihi videtur dicendum, quod tales confessores sive Regulares per sua privilegia, sive seculares ratione Jubilæi, vel Cruciatæ, non possunt dispensare in illis quinque votis juratis, verbi grati castitatis, Religionis, & hæc sententiam ut probabilior tenent Doctores proximè citati, & etiam Cajetan, Soto, Valentia, Azor, Layman, Aragon, Bassilius, Pontius, citati à Diana prædicta Resolutione 69. eandem sententiam tenet Sanchez, lib. 8. de Matrim. disp. 13. num. 7. & in Decalogum lib. 4. cap. 54. num. 21. Bordon. tom. 1. Resol. 5. n. 28. Turrian. in disquis. selectis, centur. 2. dub. 92. & multos alios Doctores citat Bossius sect. 1. casu 5. num. 13.

Probat, quia omne juramentum Deo factum, includit votum, juramentum autem quo aliquid Deo promittitur, nihil aliud est, quam votum jurejurando firmatum, ergo si votum est Papæ reservatum, similiter erit & juramentum. Et confirmatur, quia vinculum, aut vis voti non diminuitur, aut deperditur per adjunctum juramentum, nam ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 89. art. 8. Major est obligatio voti obligatione juramenti, ut etiam explicat Castro Palaus tom. 3. tract. 14. disp. 2. punct. 1. num. 5. ergo cum obligatio voti sit major, non potest minui per id, quod est minus, nempe per juramentum; semper enim accessorium sequitur principale; principale autem est id, quod est majus, & inde votum est principale, & tanquam accessorium est juramentum, id autem quod dicitur, nullum juramentum inveniri reservatum in jure, id verum est de juramento secundum se, sed juramentum junctum voto ratione voti sit reservatum.

QUESTIO V.

In quibus irregularitatibus secularium confessores Regulares valent dispensare?

SUMMARIUM.

- 21 Irregularitas triplici modo consideratur.
22 Possunt confessores Regulares dispensare cum Clericis secularibus ex mala suspensione, ac administratione Sacramentorum.
23 Nec obstat, quod in privilegio sit facultas absolvendi à censuris.
24 Prædicti confessores possunt dispensare cum secularibus, in irregularitatibus, in quibus possunt Episcopi, & n. 25. & 26. 27. Irregu-

Diana. Trullench. Alp. de Leo. Pellizar. Fr. Anton.

Cajet. Soto. Valentia. Azor. Layman. Aragon. Pontius. Diana. Sanchez. Bordon. Torrian. Bossius.

D. Thom. Palaus.

27 Irregularitates, in quibus possunt Episcopi dispensare, & n. 28.

21. Fragosus.

IN limine questionis notandum est ex Fragosus tom. 2. dnb. 1. disp. 24. §. 7. n. 18. Irregularitatem in triplici modo posse considerari. Primò, illa quæ contrahitur, ex homicidio, seu mutilatione culpabili. Secundò illa, quæ contrahitur absque culpa, ut ex bigamia, morte, seu mutilatione iusta, ut infligita à iudice. Tertio illa quæ provenit ex mala susceptione, seu administratione Sacramentorum.

22.

Dico; Primò, Confessores Regulares possent quoties cum secularibus dispensare in irregularitate, quæ provenit ex mala susceptione, & administratione Sacramentorum, ut quando quis excommunicatus, vel suspensus, ordines suscipit, ministrat, ac celebrat. Conclusio est communis, eamque cum multis tenet Fragosus citatus num. 18. Et pro ea stant omnes Auctores statim citandi conclusionem sequenti, ut Peyrinus ad Constit. 1. Julii II. n. 67. Probatur ex indulto Pauli III. in quo nobis dat facultatē absolvendi à quibuscumque peccatis, censuris, & penis Ecclesiasticis provenientes ex indulta Sacramentorum administratione, & si contrahatur irregularitas, manet certum ab ea posse dispensari, & absolvi per citatum privilegium Mendicantium.

Fragosus.

23.

Nec obstat contra conclusionem, quia Pontifex in dicto privilegio, concedit facultatem absolvendi ab omnibus casibus, & censuris; Irregularitates autem nec sunt casus, nec censura. Tamen Sotus, Bartholomæus, Medina, Corduba, Salon, M. Cornejo, quos citant, & eorum sententiam ut probabilem tenent Pellizar, tom. 1. tract. 8. cap. 3. sect. 2. n. 90. Diana tom. 1. tract. 11. Resol. 27. Et multi alii Doctissimi recentiores, nempe ex multis fundamentis, irregularitatem, quæ oritur ex delicto esse veiam censuram, & consequenter ex præfato privilegio potest absolvi, & dispensari; unde Rodrig. ait in Bullam Cruciatam, §. 9. num. 29. quòd hæc sententia securè sine scrupulo potest teneri in conscientia.

Sotus. Medina. Corduba. Salon. Cornejo.

Rodrig.

24.

Dico secundò, Confessores Regulares possunt dispensare cum secularibus in omni irregularitate, in qua Episcopus iure ordinario cum eis dispensare valet. Hanc sententiam tenent Henriquez, Rodriguez, Veiga, quos citat & sequitur Portel, tom. 1. responsum Moralium, part. 1. casu 3. num. 1. 2. & deinceps multis probat Murcia in questionibus Regularibus, cap. 7. Reg. 98. num. 61. citans pro hac sententia Sanch. Trullench, Diana, Belasium, verb. Irregularitas, num. 12. M. Lezana tom. 3. verb. Confessor. Regularis, num. 10. licet dubiter an sit in usu, quam dubitationem excludit Bauny tom. 2. tract. 11. quest. 58. dist. 4. ubi affirmat esse in usu in Roma, in hac etiam sententia est Pellizarius citatus, & P. Urbanus ab Ascensione in suo tract. 2. distinct. 1. cap. 1. Regula 13. ad medium.

Henricq. Rodrig. Veiga. Portel. Murcia. Sanch. Trullench. Belasium. Diana. Lezana. Bauny.

Pellizar. Urban.

25.

Probatur; quia ita concessit Sixtus IV. Minimis Bulla 9. posse eos dispensare in omni irregularitate ordinario reservata, quod privilegium est bullatum, ut pater ex compendio privilegiorum Mendicantium, verb. Absolutio quo ad seculares, n. 20. Prædictam autem concessionem Sixti IV. Confirmavit Julius II. in

sua constitutione, quæ incipit: Deum ad sacrum Ordinem Minorum, §. 32. quam refert Peyrinus ad Constit. 1. Julii II.

26.

Atqui juxta privilegium Sixti IV. Julii II. Regulares possunt dispensare in omnibus irregularitatibus, in quibus possunt Episcopi iure ordinario, sed facultates ad dispensandum concessæ Episcopis in Tridentino sess. 24. cap. liceat eis ex iure ordinario competunt, ut tenent Panorm. Felinus, Sanchez, Bauny, & alii quos citat, & sequitur Diana part. 7. tract. 2. Resol. 3. siquidem talis facultas lege Pontificia perpetuò competit Episcopis.

Trident. Panorm. Felinus. Sanch. Bauny. Diana.

Irregularitates autem, in quibus Episcopi possunt dispensare, sunt multæ. Primò contracta ex homicidio casuali oculto, tale committitur in sui defensionem sine debito cautela moderate. Secundò, si Clericus exercens chirurgiam, aliquem interficiat ex negligentia, vel imperitia. Tertio, si dominus mandet famulo, ut inimicum percuriat, non lethaliter, & tamen famulus occidat. Quarto homicidium ex subita ira commissum, quia non censetur voluntarium, cum non sit factum per insidias; quòd tamen videtur consilium requirere, ut dicatur voluntarium. Ita ex Lessio, Avila, Diana, part. 9. tract. 8. Resol. 22. §. Notandum est. Quintò, possunt etiam dispensare in irregularitate orta ex mala susceptione, seu administratione Sacramentorum; ut quando quis excommunicatus, vel suspensus, vel non debita ætate suscipit ordines, ita ex Fragosus, & Leandro de Murcia, quos refert & sequitur Diana part. 9. tract. 8. Resol. 50. & prædictus Leandrus de Murcia, citatus in conclus. adducit pro hac sententia Sanchez, Trullench. dicens expressè, quòd confessores regulares possunt in tali irregularitate dispensare cum clericis secularibus.

28.

Sextò, possunt Episcopi dispensare in quacumque mutilatione membrorum occulta. Septimò, possunt etiam Episcopi dispensare in irregularitate ex defectu lenitatis. Ita Covarr. Rodrig. Campanil. Vivaldas, Medina, Barbosa Emmanuel, Sà, Pellizar, quos citat Diana part. 4. tract. 2. Resol. 69. Octavò, possunt dispensare in irregularitate orta ex homicidio iusto, quia quando Concilium excipit homicidium voluntarium, intelligit homicidium prohibitum in quinto Decalogi præcepto. Ita Barbosa, Bannez, Campanillus, Novarius, Cruz, & alii quos refert & sequitur citatus Diana Resol. 7. M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto director. Regular. tom. 1. tract. 2. disp. 3. sect. 2. num. 67. Fr. Anton. §. Secundò dispensare.

Lessius. Avila. Diana. Fragosus. Leand. de Murcia. Sanch. Trullench.

Covarr. Rodrig. Campanil. Vivald. Medina. Barbosa. Pellizar. Diana. Barbosa. Bannez. Campanil. Novar. Cruz. Diana. Fr. Anton.

QUESTIO VI.

Quam potestatem habeant Confessores Regulares ad dispensandum circa debitum conjugale.

SUMMARIUM.

- 29 Hac impedimentum ex triplici capite provenit, & non datur in his, qui ignorant legem.
30 Hac facultas conceditur non Confessoribus tantum, sed deputatis à Prelato.

31. Tales

31 Tales Confessores possunt dispensare ad petendum debitum cum conjugibus incestuosis, vel qui votum simplex castitatis fecerunt.

32 Possunt dispensare cum his, qui cognitionem spirituales contraxerunt.

33 Facultas data à Prelato non expirat, ipso mortuo, vel amoto.

34 Hæc dispensatio potest fieri inter absentes.

29.

IN limine hujus questionis tria notanda sunt. Primò, quod hoc impedimentum inter conjuges potest provenire ex triplici capite. Primò ex incestu. Secundò ex voto. Tertio, ex cognitione spirituali. Secundò, notandum, hoc impedimentum petendi debitum non contrahi à conjugibus, qui de tali pœna habebant ignorantiam sive fuerit ignorantia juris sive facti, ut docent Sanchez, Barbosa, Diana, & alii, quos citant, ac sequuntur Quintanad. tract. 9. fig. 6. n. 5. Pellizarius tom. 2. tractatu 8. §. 2. n. 174. Quod idem dicunt, de uno conjuges per vim ab aliquo sanguineo violato.

Sanchez. Barbosa. Diana. Quintan. Pellizar.

30.

Tertio, notandum cum communi sententia, privilegia concessa à Romanis Pontificibus ad dispensandum ad debitum petendum, non sunt dara ipse tantum Confessoribus Regularibus, sed Confessoribus à Prelato, Provinciali, vel Priore deputatis ad talem dispensationem concedendam, ut constat ex Bulla Julii II. quæ est 23. quam refert Cruz lib. 2. c. 6. dnb. 9. n. 1. Lezana tom. 3. verb. affinit. n. 4. Diana tom. 3. tract. 2. de Dub. Regular. Resol. 14.

Joan. a Cruce. Diana. Lezana.

31.

Dico primò, Confessores Regulares deputati à suis Prelatis possunt dispensare cum conjugatis ad petendum debitum, qui post contractum matrimonium, incestum commiserant, & etiam cum illis, qui post contractum matrimonium, simplex votum castitatis emiserunt. Ita concessit Martinus V. Benedictinis, & confirmavit Julius II. ut habetur in Compendio Societatis. tit. Dispensatio, §. Minorum, & Capucin. eodem titulo. §. Julius II. Refertur etiam aliud privilegium à Pii V. quod est vive vocis oraculum, at cum talia privilegia sunt revocata ab Urbano VIII. pro privilegio Martini, & Julii est standum. Conclusio est valde communis, eam tenent Naldus, Rodriguez, Bariola, Sanchez, Portel, quos citat, ac sequitur Bordonius tom. 1. Resol. 6. num. 23. 24. M. Lezana tom. 1. cap. 19. num. 25. Candidus tom. 2. disquisitione 27. artic. unico, dubio 9. Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. num. 274.

Naldus. Rodrig. Bariola. Sanchez. Portel. Lezana. Candidus. Pellizar.

32.

Dico secundò, Tales Confessores Regulares deputati à suis Prelatis ad dispensandum cum incestuosos, possunt etiam dispensare, cum his, qui cognitionem spirituales contraxerunt vel quia propriam filiam baptizarunt, vel filiam suæ uxoris ex alio matrimonio, vel illos de fonte susceperunt, tanquam patris officium gerentes. Ita docent Villalob. Bordon. quos refert, & sequitur Fr. Martinus à S. Joseph fol. 559. n. 14. Castro Palau tom. 5. disp. 4. de sponsalibus punct. ultimo §. 1. n. 18. in fine.

Villalobos. Bordon. Fr. Martin. Palau.

33.

Ad calcem questionis tria etiam advertit. Primò, quod data licentia Confessori à Provinciali ad dispensandum, non expirat mortuo, vel

amoto Provinciali ab officio, ita Lezana verb. Lezana Affinitas, tom. 3. n. 5. Secundò, notandum licentiam dispensandi datam à Provinciali Confessoribus, cum impeditis ad debitum petendum ex quocumque ex prædictis impedimentis absque iusta causa non posse revocari, ut notant Diana, Lezana proximè citatus, & Diana tom. 2. tr. 2. resol. 14. Nota tertio, cum eisdem Doctoribus, talem dispensationem posse fieri extra Sacramentum in absentia urgente necessitate.



RESOLUTIO XXX.

De Notis Ecclesie Dei.

QUESTIO PRIMA.

Ecclesia Christi valde excelsa, & sublimis est in cœlestium oculis.

SUMMARIUM.

- 1 Etymologia nominis Ecclesie.
2 Sublimitas, ac soliditas Ecclesie in Isaia explicatur.
3 Ecclesie doctrina una, & super omnia excelsa.
4 Gracia Christi sursum mentem elevat.
5 Lex scripta in uno populo coactabatur, lex gratia ad omnes gentes.
6 Ecclesia Dei est in manifesto, & non in occulto.
7 Argumenta Historicorum.
8 Facile solvuntur.

ECCLESIA dicitur à verbo Græco, quod significat convocationem, seu Congregationem convocatorum, ut notat Franciscus Carrre tom. 1. fidei digestum ad art. 9. q. 1. & rectè cœtus vocatorum, quia ad hanc Ecclesiam nemo venit, nisi sit vocatus Dei gratia, juxta illud Actorum 2. num. 39. Quoscumque advocaverit Dominus Deus noster. Et Paulus Rom. 8. Quos, vocavit, hos iustificavit. Hinc idem Apollolus Chritianos sæpè Roman. appellat vocatos.

Quantas verò sit sublimitas, ac celsitudo hujus sanctæ Ecclesie Dei larga, & ampla materia, de qua aliqua dixi ad cap. 1. Apocalypseos; breviter eam nobis proponit Isaia 2. cum ait. Erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super omnes colles, & venient ad eum omnes gentes, &c. Quia de Sion exibit lex, & Verbum Domini de Jerusalem. Ubi apertè est sermo de Ecclesia Cariti, & ideo ait Propheta, Procop. Erit in novissimis diebus, ut notant Procop. Rupert. pius, Rupertus, & alii. Et dicitur Mons, ut ait D. Cyrill. noter D. Cyrillus ob firmitatem, & stabilitatem, ac ob inexpugnabilitatem, quæ madmodum enim ut explanat ibi D. Chrysost. si quis arcus intorqueat, ut haultas vibret, aut sagittas jaculet tormenta ænea explodant, nihil noxæ aut detrimenti soliditati montis inferit, sed in vanum laborat sic & contingit omnibus, qui suis erroribus, falsis dogmatibus, aut pervertitibus Ecclesiam impugnant, in vanum enim laborant

D d